



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1863

X. Der Präceptor des Tempelherren-Ordens bekundet, daß der Orden die zur Gründung von Tempelburg benutzte Gegend von dem Herzoge Przemislaus von Calis geschenkt erhalten und in welcher Weise er sich ...

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-55861](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-55861)

scopo, Domui Fratrum ordinis sancti Augustini in Kunigsberg nostre Diocef., commissas et indul-
 tas, ratas et gratas habemus; nostrum assensum et consensum eisdem indulgenciis impertiendo.
 Datum in Stargart, Anno domini M°. CC°. XC°. in dominica, qua cantatur Ad te levavi.

Aus Bedmanns handschr. Sammlung.

X. Der Präceptor des Tempelherren-Ordens befundet, daß der Orden die zur Gründung von
 Tempelburg benutzte Gegend von dem Herzoge Przemislaus von Galis geschenkt erhalten und
 in welcher Weise er sich mit dem Bischofe von Posen wegen ihrer Colonisation durch
 deutsche Ansiedler verglichen habe, am 13. November 1291.

In nomine Domini Amen. Actiones, quas mundus ordinat, delet successus temporum, nisi
 perhennatione scripturarum et voce testium recipiant robur et firmamentum. Hinc est, quod nos fra-
 ter Bernhardus, dictus de Cunstein, humilis preceptor domorum milicie templi per Polo-
 niam, Sclaviam, Novam-Terram et magister curie Quarezanis, una cum fratribus nostris presenti-
 bus protestamur et uniuersis Christi fidelibusque cupimus etiam notum esse, ad quos presens pagina
 fuerit devoluta, Quod nos omnia bona nostra in terra, que habemus circa et ultra Stagnum sive la-
 cum, quod Draviczka vocatur sita, que terra nunc a nobis Tempelborch nuncupata, quam il-
 lustris princeps dominus Przemislaus, dux Califfensis, domui nostre contulit in subsidium
 terre sancte Jerosolimitane pro anime sue Suorumque Predecessorum remedio salutari, a venerabili
 patre et domino Johanne miseratione divina Posnaniensis ecclesie episcopo et a sua ec-
 clesia seu capitulo recepimus theutonicali jure in suo episcopatu collocanda tali conditione mediante,
 ut per locacionem uniuscujusque ville elapsis annis duodecim a quolibet manso unum solidum Bran-
 denborgensium denariorum et non plus nomine decime singulis annis in festo beate Martini, jam
 dicto domino Johanni episcopo sueque ecclesie seu capitulo solvere debeamus, eo excepto quod
 de agris, quos colimus propriis laboribus et expensis, nullas penitus decimas persolvere debeamus.
 In cujus rei testimonium presentem paginam eidem domino Johanni episcopo sueque ecclesie
 seu capitulo dedimus nostri sigilli munimine roboratam. Datum Posnanie, anno Domini MCCXC
 primo, presentibus fratribus nostris domino: Henrico, fratre, dicto de Bletkendorph, fratre
 Fredrico Nigro, fratre Alberto Nigro curie in Crona, qui etiam presentem paginam cum
 appensione sui sigilli communivit. Actum idus Novembris.

Aus Racjinskiys Cod. Pol. 82.